

- 120 *nos*<sup>9</sup>. Et de Britannis mentio fit, quia homines sunt valde bellicosi, ut ostendatur ipsis quiescentibus multo magis alios debere quiescere regnante Friderico.  
 [37. V. 97] Aconita venena sunt<sup>10</sup>. Unde significat Apollo, quod [Rest fehlt].
- 125 [38. V. 101] Signa Iovis, id est aquilas. Nam aquila fuit signum Iovis in navi sua, quando Ganimedem rapuit<sup>11</sup>. Eneas vero hec signa aquilarum in Italiam portavit, quibus postea omnes Romani cesares usi sunt.  
 [39. V. 107] Sic pater, scilicet dixit. Et hic finem fecit Apollo loquendi. Nunc ponuntur aliqua<sup>v</sup> verba Calliopes Muse, quomodo de dictis
- 130 Apollinis omnes nimphe letate<sup>w</sup> sunt.  
 [40. V. 110] Saturni secula. Saturnus pater fuit Iovis, Plutonis et Neptuni, sed a Iove expulsus patrio regno fuit, scilicet de Creta insula, que hodie Candia dicitur. Hoc tamen regnante mundus in pace floruit, que turbata est postea per Iovem.
- 135 [41. V. 111] Augusti vices, id est Octaviani, quo regnante Christus natus est et omnes<sup>x</sup> pacem tenuere sub celo.  
 [42. V. 111] Cumea carmina, id est versus Sibille Cumane, que predixit Augusti tempora. Vult ergo significare Calliope, quod Friderico regnante pax erit sicut imperante Augusto.
- 140 [43. V. 112] Orphei, id est Orpheo. Dativus enim Grecus est<sup>12</sup>. Hic fuit poetarum primus et ponitur hic pro quolibet poeta.  
 [44. V. 112–113] Marones e<sup>y</sup> Nasones ponuntur pro quibuslibet poetis. Maro Virgilius, Naso Ovidius dictus est.
- 145 [45. V. 113] Apollo<sup>z</sup>, id est Fridericus, qui dabit nobis tempora potendi<sup>z</sup>. Apollo autem pater Musarum est.

v) fehlt M.      w) letati M.      x) omnem *verbessert aus* omni K; omnem M. y) so KM; wahrscheinlich Missverständnis eines Zeichens, das den Zeilenwechsel anzeigte.      z–z) fehlt M.

9) Juvenal, Satire 2,161.

10) Zu lateinischen Quellen über aconitum (Eisenhut) vgl. Krzysztof JAGUSIAK / Konrad Tomasz TADAJCZIK, *Aconite – A Poison, or a Medicine? Ancient and Early Byzantine Testimonies*, *Studia Ceranea* 12 (2022) S. 119–134, bes. S. 122 und S. 125f.

11) Die Erklärung, dass es sich beim Adler wie bei anderen Gestalten, in die sich Jupiter verwandelte, um auf Schiffe gemalte Zeichen gehandelt habe, findet sich im Kapitel zu Ganymed bei Fulgentius, *Mitologiae* 1,20 (wie Anm. 3) S. 31, und *Mythographus Vaticanus* II 226 (wie Anm. 3) S. 263.

12) Servius kommentiert zu Vergil, *Georgica* 4,544 (inferias Orphei ut irarum obliviscatur): Orphei dativus est Graecus; *Servii Grammatici commentarii* 3,1 (wie S. 570 Anm. 64) S. 358.